


Wiener Stadt-Bibliothek.

16251 A



3046
v.

caus. san. Die. P. Aug. Viennæ
MYSTICVM
VITÆ & MORTIS DVELLVM.

In
Sacro Ecclesia militantis de CHRISTO adumbratum
Epicedio:

MORS & VITA duello confluxere mirando!

Inter funebres tædas, ad Sepulchrum CHRISTI, die Veneris Sancto,
MELODRAMATE EXHIBITVM

Coram
SAC: CÆSAR: MAIESTA:
LEOPOLDO

ET
CLAUDIA

In Ecclesia Aulæ, industriâ PP: Eremit:
Discalce: Ordinis S. Augustini Viennæ,

Die 23. Martii

Anno . . .

QVo LeopoLDVs fortVnatVs IMPerII hostes
profLigat.

*** JTB *** BTJ *** JTB *** JTB ***

VIENNÆ AUSTRIÆ, Typ: JOAN: BAPT: HACQUE.



II. 6313

INTERLOCVTORES
MYSTICI DVELLI.

Anima. Protoplasti privata gratiâ.

Corpus. Eiusdem spoliatum bonis temporalibus.

Peccatum. Improperantes Animæ & Corpori
Mortalitas. Creatum poenæ per lapsum.

Genius Vitæ Denuncians & exponens
Cælestis. reparationem salutis.





SCENA PRIMA EXHIBET

Hnestam VITÆ Protoplasti, toti-
usq; generis humani per esum de LI-
GNO scientiæ boni & mali catastro-
phen: hinc ANIMA & COR-
PVS tristia inter Mausoleia, miseram infau-
sti statûs sortem luctuose deplorant.

MELODRAMA I.

Anima. **S**Vrgite ossa, quæ hic defossa
Cubatis in quiete,
Surgite meum miserè reum
Statum, mecum deflete.
En ego ille spiritus, mille
Donis quondam dotatus,
Nunc à Datore, sum cum terrore,
His iterum privatus:

Vndè exclusus coelo, protrusus
Exul ad centrum soli,
Qui tamen illa ignis favilla
Centrum quæ petit poli.

Peccatum O! perduellis, DEO rebellis,

Alloquens

Quid ausa attentare?

Animam. Quæ ad electa Superùm tecta
Te poteris levare.

Quondam amata summè, locata

Stabas in libertate,

Propter audaces insultus jaces

Mea sub potestate.

Corpus

Quis hic funestus Soror est quæstus

Alloquens

Tuis de mille donis?

Animam.

Ego sum ille, illis qui mille

Est spoliatus bonis:

Ecce hanc molem, carneam prolem

Plastes ex gleba finxit,

In hæc & charam sui perraram

Effigiem depinxit.

Demum me rerum omnium herum

Horti Coelestis fecit,

Sed mox eiectum, pellibus tectum,

Officio deiecit.

Mortalitas Frustra te angis, invanum plangis,
Alloquens Hæres jam es gehennæ,
Corpus. Averni caula, Plutonis aula,
Regnum tuum perennè: (mum
Hanc tibi domum ARBORIS po-
Quod catillasti struxit,
Causa est binæ Consors ruinæ.
Illa quæ te seduxit.

Corpus Ergò detentis Frater tormentis
Ad Animam. Non sumus liberandi?

Anima. Ita, obscuras Lex per figuras
Nobis dat spem salvandi?

Ambo. Ergò eamus, id inquiramus:
Quod consulit saluti:

Peccatum. Et nos sequendo,
Mortal: impediendo.

Ambo. Nullibi ut sint tuti.

SCENA SECUNDA

EXHIBET

Tentoria *VITÆ COELESTIS*, que pro
VITA ANIMÆ & CORPORIS Proto-
plasti contra *MORTALITATEM PEC-*
CATVM q₃ quorum pariter cernuntur *Castra* de-
certavit: victoriosè autem in *LIGNO CRVCIS*
occumbens, sub *Trophæo* tumultata jacet.

MELODRAMA II.

Corpus

Vocans

Animam.

Anima

Alloquens

Corpus.

Festina præstò, Soror adesto,
Finis est servitutis,
Certam obscuræ Legis figuræ,
Nostræ dant spem salutis.
Neminem lætet Frater, me patet
Ex nihilo creatam,
Nec non Divinum Tibi per TRI-
(NVM
Spiratum inspiratam.

Ambo. Vnus Divinis illis ex *TRINIS*
Personis figuratus,

Hoc

Hoc in infonte fuit in monte
ISAAC qui immolatus.

Anima. Se immolabit,

Corpus. victimam dabit,

Ambo. Noster erit Redemptor,

Anima. Ille pugnabit,

Corpus. hostes fugabit,

Ambo. Mortis erit peremptor.

Mortalit: Vbi peremptor meus, & emptor
Vestrae est libertatis?

Peccat: Vbi prostrator meus, & dator
Suae hereditatis?

Mort: Mox accedamus,

Peccat: illos jungamus

Ambo. Iugo, atræ cohortis,

Mort: Vt vinculati,

Peccat: concatenati

Ambo. Aratrum trahant Mortis.

Genius Vra Vah scelerati! orco sacрати!

Cælestis. Igne delendi, digni urendi;

Sinite rectas, DEO dilectas,

Sinite natos DEI agnatos.

Ille qui astra condidit, Castra

Loco hoc fixit, bellum indixit,

Accedentes ligant
Corp. & Anim. sed
devolat Cælo Ge-
nius illos depel-
lens.

+

Carne

Carne indutus, VITA exutus,
Mortem necavit, VITAM servavit.

Ite scelesti, cedite moesti
Hœdi sinistri, Stygis ministri.

Alloquitur Corp. Vos jubilate, Cœlo ditatæ,
& Anim. avolando; ad cœlū redit. Evicit LEO, hoc sub Trophæo.

Anima. Ergò jacet sub marmore
Mortem qui jugulavit?

Corpus. Occisus est in ARBORE,
Peccatum subiugavit.

Ambo. Pergamus illum quærere
Ista qui nunciavit.

EPITAPHIUM

Trophæo inscriptum.

Sta Viator

Iacet hic VITA

Quæ MORTEM moriendo vicit
Et VITAM Tuam resurgendo reparavit.

Vade & vide

Ne sis ingratus.

SCENA TERTIA

EXHIBET

Victoriosum *VITÆ COELESTIS* per *ARBOREM CRVCIS* de *MORTALITATE PECCAT* Oq̄ obtentum *Triumphum*:
undè adimpletum decretum, ut qui in LIGNO vincebat, in LIGNO quoq̄ vinceretur.

MELODRAMA III.

Anima **U**bi pennatus Iuvenis
& Corp. Fidus novi relator?
Anima. Ah ubi es?
Corp. cur non venis?
Ambo. Salutis promulgator!
Genius Vitæ En adsum, fletum tergite
Cælestis. Obscura declarabo,
Cælo rursus devolat. Vndis genas non mergite
Quæ latent haud celabo:
Missus sum id confidere,
DEI estis amici,

Nam gratiæ sub sidere

Quia nati felici,

Videte crucis hesperum †

Cruore rutilare, †

Gloriæ sidus prosperum

Venite adorare. †

Omnes simul. Venite honorare, venite honorare. †

Procedunt & *Salve* Crux arbor stabilis

adorant genu
flexi crucem.

Viræ cœlestis lignum,

Salve stipes amabilis

O! Triumphale signum.

Anima & Corp. Per te Creator omnium

Omnes.

Peccatum expiavit,

Anima & Corp. Per te effecit somnium

Omnes.

Mortem, morte mulctavit.

Anima.

O! salutis præludium!

Omnes.

Cœli es reseramen,

Corpus.

O! unicum tripudium,

Omnes.

Sis scelerum velamen,

Et in morte solamen

Echo.

Amen.

LaVs, honor, ornatVs, tibi sIt reX ChrIste
reDeMptor.

